



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Edmondo Arosmithaei certamen & mors pro Christo. n. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1627.

eset) quam diu gestatam plurimi faciebam , ad eius in doméstico sacello la-
crat tabulam me appenfurum voui , perpetuum beneficij monumentum ,
si dolori afferret leuamen ; simul me illo obſtrinxeram voto , ſimul voti cō-
pos factus ſum : Vixenim interceſſit ſpatium quo percurri poſſet ſalutatio
Angelica , quando binos effundo calculos , fabis mediocribus magnitudine
pares ; atque ita omnis repente conſedit dolor , vt intra horam ſurgens ad
ſacellum deſcenderim , votum gratesq; perſoluturus) Hæc ille : ſuperfuſit
autem ad annos quinque ab huiusmodi doloribus liber ; tum ſacramētis om-
nibus munitus , lacto etiam Christi corپe ſequitur ante obitum recrea-
tus conſeffit è viuis annum ætatis agens octogesimum tertium .

X I. Et hi in umbra diuinæ beneficentia felicem fortitiſſum exitū ,
in ſole & puluere *Edmundus Arofmithaus* de impij Iudicis immanni ſævitia
gloriosa morte triumphauit. Aliquanto iam tempore ſauierat in Catholi-
cos perſecutio , dura illa quidem & aspera , led ſine ferro & ſanguine incru-
enra : vt vero imbræ opportunō tempore de Cælo depluunt in ſegetes nè
deflorefcant , ita deus cum viſum fuerit , quorundam ſingulari atque exi-
mia constantia cæterorum aut reficit erigitq; infirmitatem , aut corroborat
fortitudinem. Inter hos *Edmundus ex noſtra Societate Sacerdos* anteactæ
vitæ labores in Anglicana melle religioſe exantlatos beato fine coronauit.
Carceris & vinculorum fidei cauſa perpeſſio olim illuſtris , tum etiam
celebri cum Pſeudo-Antiſtitite Cestrenſi diſceptatione (quâ Apostolice ſe-
lidis auctoritatē autamque fidem hæretici hominis ſilentio ignominiāque
vindicauit) neſcire non poterat quanto in periculo verlaretur ſi rufus in
manus incideret eorum quibus erat & propter eam congreſſionem iam de-
vultu notus , & religionis cauſa odiolus ; ſtationem tamen ſuam non deſe-
ruit animoſus Chriſti miles , ſed in eadem Lancastriæ Prouincia indefeffam
inuictamq; lucrandis animabus nauauit operam. Iuuenis in ea regione
conſobrinam duxerat inceſtum in matrimonium viſus Pſeudo-miniftri cere-
monia ; hunc dum à flagitiola conſuetudine abſtrahere nititit *Edmundus*
in duorum offenſionem incurrit & odium ; adolescentis & matris ; Utque
eft mulierum iracundia ad vindictam præcepſ; moleſtum monitorem ut
ſubmoueret , non veretur Magistrati indicare quo loco quaque via cō-
prehendi poſſet. Secundo igitur coniectus in carcerem conſuetā diligentiā
incumbit in curam cogitationemque aggregandi ad Ecclesiæ Sanctæ ouile
quos poſterat , & omnium vna detentorum animos benignitate humani-
tateq; deuincit. Non multo ante tempore quam Iudices (pro more Inſule)
in Prouincias iudiciorum exercendorum cauſa mittetur , edictum fuerat
vt leges omnes in Catholicos latæ vim ſuam poreſtatemque fortirentur :
Hanc anſam opportunè ſibi datam arbitratuſ *Henricus Yelvertonus* qui
queſtionibus de capite cognoscendis præfuturus Lancastriam deſcenderat
ut ſectā Puritanus , ita proprio huiusmodi hæreticis ingenio in Catholicos
inhumanus & barbarus citatum *Edmundum* , atque iniuriolè compellatum
interrō-

Edmundi
Aroſmī-
thæi certa-
mē & mors
pro
Christo.

interrogat num sit Sacerdos? Vt prudentia est nil directe in hoc genere sed circuitione quadam dicere, tum ne Catholici vltro prodi videantur apud quos latuere Sacerdotes, tum ne quis sui accusator in rebus qua recta fidem non tangunt, accessuile mortem atque attraxisse videatur, respondet *Edmundus*, "Vtinam lanè Sacerdos essem! Ita est (inquit Iudex) Proditor hic non est, sed optat esse; Hocque ipsum te reum facit.) cum id negaret *Edmundus*, & esset de re contentio, per opprobrium obijcit Iudex ignorantiā incitiamque nihil etiam ab illo in medium afferri posse quo Religionem fidemq̄ tuam tucatur." At si experiri in animo est (subiicit Sacerdos) dilputationem non detrecto, paratus, quocunque oppugnante, defendere vnam Catholicam veram esse & solam salutarem, cetera quæ nunc per Angliam sparguntur dogmata nullo niti fundamento, idque meo sanguine consignabo.) Et alter, "Consignabis enim uero; faciam enim ut viuus spiransque tua ipse viscera igne torri confipias; neque vrbe discedam antequam caput in pertica, membra in vrbis portas distributa videam) cumque saepius iteraret verbum *Moriere*," Et tibi (inquit) Domine mi scito esse moriendum.) Tum lecta de more Schedula, qua Sacerdos & Iesuita, & aliorum seductor pronunciabatur, res ad duodecim iuros delata est; qui paucis & occulte auditis testibus reum confessum edixerunt. *Edmundus* (quod iure optimo poterat) poscit testes produci, & palam dicere testimonium; quod cum nequaquam concederetur suspicio in vulgus fuit instructos fuisse & subornatos, nihilque certæ probationis afferri potuisse. Vinculis tamen annulisque tam grauibus onustus ut leuare vix posset pedem ductus seorsum, se uero cum mandato ne quis eum alloqui permitteretur, postremam operitur sententiam; quâ coram deinde pronunciata, procumbens in genua clara voce exclamat Latinè primum, tum Anglicè *Deo Gratias*; ferramenta vectelque tam immensos iubente Iudice induerat, vt cum abeundum fuit à comitio, sustentari debuerit & gestari; Ille vero Psalmum *Miserere letus de via decantans*, ad omnem crudelitatem experiendam parabat se, neque defuere quæ patretur; nam octo & quadraginta prope horas in arcto obscuroque gurgustio occlusus iacuit, vel sedit potius, cum iacentem locus non caperet, multam mille florenorum imposita excubitoribus si quemquam ad illius colloquium admitterent. Moris est, prolatâ sententiâ, vt reo non inferatur supplicium nisi obsignatis tabulis fiat potestas Magistratui eius loci, Iudice qui cause præcerat subscrivente: Hic mira fuit tergiversatio: Altero enim Iudice, qui senior erat, abnuente, noluit etiam iunior Yeluertonus subscrivere; itaque cum Magistratus sine tabulis exequi sententiam recusaret, de novo modo initur consilium ut, non sedente Iudice tali, vt olim, sed sedente scriberetur curia, & *Ordinatum per curiam*. Pudet nimis facinus consciens pigetque facti, & Conscientiâ vel Deum vel homines exhorre- sciente Auctores videri nolunt eorum quæ maximè faciunt.

XII. Moriendum nihilominus iusto fuit: Cui tragœdiae quartam